

LES CHARTES DE FONDATION DE L'ABBAYE DU PARC

Parmi les quelque 3000 actes et documents soigneusement conservés aux archives de l'abbaye, qui marquèrent son extension domaniale et ses progrès, il en est quatre qui revêtent un caractère d'importance capitale parce qu'ils émanèrent de chancelleries souveraines et fixèrent définitivement le statut juridique de la nouvelle fondation.

C'est en premier lieu la charte, délivrée en 1129 par la chancellerie de Brabant, qui fonde le nouveau monastère ou plutôt reconnaît la colonie de Laon déjà établie à Parc. En effet, comme l'a fait remarquer très justement Mr. R. Van Waefelghem dans *Le catalogue des abbés du Parc* ¹⁾, les donations déjà assez importantes, les conflits existant peut-être déjà avec les chanoines de Saint-Pierre de Louvain au sujet de dîmes, supposent une communauté établie depuis quelque temps. Nous n'avons pourtant pas à insister sur ce document, puisque Mr. J. Jansen met la dernière main à une *Histoire de l'Abbaye*, dans laquelle il détaille les différentes stipulations et suggère des aperçus nouveaux au sujet du ou des fondateurs.

La chancellerie épiscopale de Liège tarda quelque temps à donner son adhésion officielle à la constitution de la maison. Un conflit s'était élevé entre le duc et l'évêque et au moment de l'arrivée des religieux, l'autorité ecclésiastique s'était contentée de donner une approbation tacite en députant le doyen du chapitre de Louvain pour procéder à l'installation des nouveaux-venus. Aussi, le conflit terminé, l'évêque s'empressa-t-il d'octroyer en 1131 la pièce officielle en bonne et due forme dont, malheureusement, l'original ne nous est pas parvenu et que nous publions d'après un cartulaire de 1266 conservé à Parc ²⁾.

1) *Analectes de l'Ordre de Prémontré*, t. VII, 1911, p. 67, en note.

2) Cart. B. (coté 12-anc^e A/11). R. Van Waefelghem, *Les cartulaires de l'abbaye du Parc (Analectes de l'O. de Prémontré*, t. IV, 1908, p. 4).

Il convenait, pour donner plus de poids à l'initiative du duc de Lotharingie, que l'autorité souveraine accordât sa haute protection et reconnût l'utilité du monastère nouvellement fondé. C'est ce que fit Frédéric I, Barberousse, par son diplôme solennel, délivré à Dortmund en 1154. L'empereur y confirme les donations énumérées dans l'acte de 1129 et celles dont la communauté s'est enrichie depuis et, comme garantie nouvelle, institue le duc comme avoué perpétuel de l'abbaye.

Il ne manquait plus que l'assentiment de la suprême autorité spirituelle. Dès le début, des Souverains Pontifes avaient sanctionné la nouvelle maison, mais les bulles d'Eugène III, de l'antipape Victor IV, d'Alexandre III, d'Honorius III et de Grégoire IX avaient un but trop précis, trop immédiat ; elles ne regardaient pas la communauté comme telle. Ce fut Innocent IV qui, en 1245, reconnut l'abbaye avec ses dépendances, son domaine, ses privilèges et exemptions. C'est cet acte, expédié de Lyon, que nous publions d'après le cartulaire B cité plus haut.

Abbaye de Parc.

J.-A. VERSTEYLEN

I.

Le duc approuve la fondation de Parc en donnant aux religieux de Laon son pied-à-terre ; il permet à Tyetdelinus de faire don de ses terres, règle un différend entre les religieux de Parc et les chanoines de Saint-Pierre et fixe les relations entre Laon et Parc.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS.

Quia nova que veteribus succedunt ipsa vetustatis facta oblivisci nos faciunt, notum / volumus fieri tam presentibus quam futuris quod Godefridus dux Lotharingie idem et marchio / et comes tam pro salute sua quam suorum silvulam in australi parte Lovanie sitam quam fossato / et vallo clausam ferali lustru deputaverat Deo inspirante in meliores usus volens / convertere annuentibus filiis suis. G. et H. fratri Gultero abbati ecclesie beati Martini de / suburbio Laudunensis civitatis et fratribus suis secundum regulam beati Augustini viventibus / ad construendam in ea ecclesiam in honore sanctę Dei Genetricis Marię perpetuo possidendam donaverit. Hoc etiam impetrante Tyetdelmo villico cum uxore sua qui omnia quę in/tra ejusdem loci ambitum possidebat, scilicet tam

molendinum quam terras adjacentes ad opus / eorundem fratrum annuentibus heredibus suis in manu ducis reddidit hoc interposito quod quamdiu ipse et uxor ejus superessent beneficia quedam si vellent in usus suos retinerent, sic tamen / ut post obitum utriusque fratres ecclesie sancte Marie nulli ex heredibus suis aliquid de omnibus que intra pre/dicti loci terminum continentur responderent. Hoc autem factum est assensu domini Alexandri Leo/diensiis episcopi qui eundem locum per decanum suum aque benedictę aspersione visitavit et predicto / abbati et fratribus suis basilicam in honore sancte Dei Genetricis ibidem edificandi licentiam dedit. / Deinde vero ut prefatus locus ab omni parrochiali jure liber esset et fratres qui pro salute animarum suarum ad eum convenerint in libertate filiorum soli Deo vacarent, canonicos sancti Petri Lovaniensis ecclesie et fratres ecclesie sancte Marie ipse dux perpetua pace composuit : nam pro decima termini Lovaniensis parrochie qui claudabatur hoc percinctu et pro decima omnium que ibi habentur ecclesie / Lovaniensi singulis annis de suo allodio in villa que dicitur Hulsebec III solidos et sex dena/rios contulit. Hoc apposito ut neque abbas neque fratres sui aliquem de parrochianis Lova/niensis ecclesie postquam incideret lectum egritudinis sive aliquem de mortuis ejusdem ecclesie se/peliendum acciperent vel aliquid sibi usurparent de jure prefate ecclesie nisi ex consensu prepo/siti sive canonicorum vel parrochialis sacerdotis ad quos parrochiale pertinet beneficium. Ut / autem inter utraque monasteria karitas intemerata permaneret fratres ecclesie sancti Petri et fratres cenobii / sancte Marie hoc debite karitatis se vinculo invicem conjunxerunt ut quicumque canonicus alterius / loci mortis debitum solveret fratres loci alterius pro illo eadem quam pro uno suorum fratrum tam in vigiliis quam / in missarum sollempniis celebrarent officia. Hęc autem fuit conditio inter ducem et prefatum ab/batem sancti Martini de predicto loco. Dum annuente Deo et beate Virginis prosperantibus meritis / idem locus conventum XIIci canonicorum sustinere poterit, fratres ibidem permansuri abbatem de pro/fessione Laudunensis ecclesie canonice eligent et postea ab obedientia abbatıs sancti Marti/ni erunt soliti nisi si forte instigante diabolo abbas ecclesie sancte Marie a regule sue tramite vel / consuetudine Laudunensis cenobii deviaverit, habebit eum abbas Laudunensis secundum in/stitutionem ordinis sui corrigere. Post liberam vero et canonicam abbatis sui electionem fratres ecclesie sancte / Marie gratuitum ducis Lovaniensis postulabunt assensum. Deinde vero abbas electus virgam pasto/ralem ab altari ecclesie sancte Marie accipiet

et a fratribus suis episcopo Leodiensi consecrandus presen/tabitur. Hęc itaque facta sunt Lovanię et confirmata anno incarnationis domini M^o. C^{mo}. XX^{mo}. VIII^{no} / indictione VII^{ma}, his quorum nomina subscripta sunt testibus, S. Sygeri prepositi, S. Onekini presbiteri, S. ma/gistri Rikezonis, S. Radulfi capellani, S. Tegenbaldi presbiteri, S. Walteri subdiaconi, S. Everardi subdiaconi, S. ma/gistri Meinzonis, S. Heinrici castellani, S. Arnulfi Grinbergensis ¹⁾, S. Gerardi Grinbergensis, S. Lamberti de / Crainhem, S. Willelmi de Dugler, S. Goscewini de Heverle, S. Arnulfi dapiferi et fratrum suorum / Willelmi, Walteri, S. Reinzonis, S. Heinrici St., S. Tyetdelmi villici, S. Gisleberti, S. Rodulfi, / S. Franconis castellani, S. Razonis dapiferi.

Sur le côté gauche de l'acte, la partie inférieure de :

:-: CIROGRAPHUM :-:

II.

L'évêque donne son adhésion à la fondation de l'abbaye, et définit les droits religieux que comporte la nouvelle abbaye.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Alexander gratia Dei sancte Leodiensis ecclesie episcopus : quia propitiante Domino pontificali cathedre licet indigni presidemus, et si omnibus in communi nostre dioceseos fidelibus generalem curam debemus, illis tamen qui felici naufragio abjecta seculari sarcina de mundi hujus fluctuante pelago ad tranquillum et placidum contemplationis portum enataverunt, speciali dilectionis et sollicitudinis necessitudine obligamur, ut de nostris eis prodesse, et aliorum erga eos liberalitatem, approbare et confirmare studeamus, quatinus pia vicissitudine de orationibus eorum aliquod imperfectionis nostre subsidium comparemus. Notum volumus fieri tam presentibus quam futuris quod Godefridus dux Lotharingie idem et marchio et comes, tam

1) L'abréviation ne semble pas entraîner cette interprétation, mais comme les plus anciens cartulaires la résolvent dans ce sens, il n'y a pas de raison de s'en écarter.

Document original de 0,52 m. de haut sur 0,32 m. de largeur.

Pendant sur double queue de cuir, le grand sceau en cire rouge, du duc, représenté à cheval, armé de la lance, protégé par la cotte de mailles, le heaume et le bouclier orné du lion de Brabant.

Légende : † SIGILL ... CIS LOTHERINGIE.

pro salute sua quam suorum, silvulam in australi parte Lovanie sitam quam fossato et vallo clausam ferali lustru deputaverat, Deo inspirante, in meliores usus volent convertere, annuentibus filiis suis Godefrido et Henrico, fratri Galtero abbati ecclesie Beati Martini de suburbio Laudunensis civitatis et fratribus suis secundum regulam beati Augustini viventibus ad construendam in ea ecclesiam in honorem Dei Genitricis Marie, perpetuo possidendam donaverit : et postea nube seditionis et discordie inter nos et ipsum non bene habite, in beate pacis serenitate, propitiante Deo, conversa, ut eundem locum in conspectu plurimorum qui pro reformanda pace convenerant, liberum faceremus, et eandem libertatem sigilli nostri impressione confirmaremus, pia petitione sua apud nos obtinuerit. Hoc etiam donum ducis factum est impetrante Tyetdelino villico cum uxore sua qui omnia que infra ejusdem loci ambitum possidebat, scilicet tam molendinum quam terras adjacentes, ad opus eorumdem fratrum, annuentibus heredibus suis in manus ducis reddidit, hoc interposito, quod quamdiu ipse et uxor ejus superessent, beneficia quaedam si vellent, in usus suos retinerent, sic tamen ut post obitum utriusque, fratres ecclesie sancte Marie, nulli de heredibus suis aliquid de omnibus que infra predicti loci terminum continentur responderent ; deinde vero ut prefatus locus ab omni parochiali jure liber esset et fratres qui pro salute animarum suarum ad eum convenerint in libertatem filiorum soli Deo vacarent, canonicos sancti Petri Lovaniensis ecclesie et fratres ecclesie sancte Marie ipse dux perpetua pace composuit : nam pro decima termini Lovaniensis parochie qui claudebatur hoc precinctu et pro decima omnium que ibi haberentur ecclesie Lovaniensi singulis annis de suo allodio in villa que dicitur Hulsebeck iii sol. et vi den. contulit, hoc apposito ut neque abbas neque fratres sui aliquem de parochianis Lovaniensis ecclesie postquam incideret lectum egritudinis vel aliquem de mortuis ejusdem ecclesie sepeliendum acciperent vel aliquid sibi usurparent de jure prefate ecclesie nisi de consensu prepositi sive canonicorum vel parochialis sacerdotis, ad quos pertinet parrochiale beneficium. Hec autem fuit conditio inter ducem et prefatum abbatem sancti Martini de predicto loco. Dum annuente Deo et Beate Virginis prosperantibus meritis idem locus conventum XII canonicorum sustinere poterit fratres ibidem permansuri, abbatem de professione Laudunensis ecclesie canonice eligent et postea ab obedientia abbatis sancti Martini erunt soluti, nisi si forte instigante diabolo abbas vel fratres ecclesie sancte Marie a regule sue tramite vel consuetudine Laudunensis cœnobii deviaverint, ha-

bebit eos abbas Laudunensis secundum institutionem ordinis sui corrigere ; deinde vero abbas electus virgam pastorem ab altari ecclesie sancte Marie accipiet et a fratribus suis episcopo Leodiensi consecrandus presentabitur. Hanc igitur quam prelibamus electionem in eodem loco auctoritate sanctorum patrum libere et canonice fieri concedimus sepeliri in cimiterio prememoratae ecclesie tam sue congregationis quam familie inibi servientis defunctos concedimus, alium vero nullum nisi consensu suorum parochialium sacerdotum, oleum quoque infirmorum ab ecclesia nostre sedis, eisdem fratribus diligenter impendatur. Preterea vero predictam ecclesiam et abbatem tam nostra quam ministrorum nostrorum qualicumque exactione prorsus absolvimus ; generali tantum synodo si a nobis monitus fuerit nequaquam interesse negligat. Orationes autem devotas quas potissimum amamus et filialem obedientiam nobis retinemus. Ut autem ea que predicta sunt, rata et incommutabilia permaneant, sigilli nostri impressione et testium subscriptione corroboramus atque anathematis sententia quemvis harum institutionum violatorem condempnamus. Hec itaque facta sunt Leodii, et confirmata anno dominice Incarnationis M^o. C. XXXI^o, indictione VIII^a.

Signum Godefridi Bathensis episcopi, Signum Stepponis archidiaconi ¹⁾.

III.

L'empereur confirme les dispositions prises par le duc Godefroid en 1131, reconnaît les nouvelles donations et proclame le duc de Brabant avoué perpétuel de l'abbaye.

In nomine sanctę et individue Trinitatis, Fredericus divina favente clementia Romanorum Rex Augustus. /

Antecessorum nostrorum tam regum quam imperatorem vestigia sequentes et eorum piam devotionem propensius animadvertentes, ecclesias Dei manutenere et earum / propectibus promovendis operam dare intendimus, quia hoc nobis tam ad temporalis vite prosperitatem quam ad eterne beatitudinis premium profuturum / speramus. Omnium igitur presentium et futurorum noverit industria qualiter nos ecclesie Parchensis utilitate providentes advocatiam que nostri / juris exstitit, petitione fratrum ibidem Deo famulan-

1) Cette copie du XVII^e s. concorde absolument avec celle du XIII^e s. donnée par le cartulaire B.

tium, Godefrido duci Lovanię ejusque successoribus ducibus concessimus, ea / videlicet condicione, ut ipsi eam vice nostri teneant, tueantur, et defendant, et nullum ea inbeneficiare presumant; quod si presumpserint, eadem / advocatia libera ad regiam potestatem redeat, nec etiam alios usus vel fructus quam vitam ęternam sibi exinde profuturos sperent. / Preterea fratres ejusdem ęcclesię in emendis et vendendis rebus suis per regnum nostrum, tam in terra quam in aqua ab omni conductus, / telonii atque transitus justicia eos liberos esse decernimus. Statuimus etiam ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem ęcclesia in presentiarum / possidet, aut in futurum concessione regum, largitione pontificum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, eidem firma / et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: Parchum Lovaniensem cum suis appendiciis, allodia de Wesenbeche, de / Wolua, de Barla, de Runcherio cum decima sua, terram de Morslo, de Humlengen, de Egenhova, de Upphen, de Wingen, terram quam habet in / parochia de Leuue, molendina de Heverla, molendinum de Vinchenbusch, decimam quatuor molendinarum in villa Ralenbeche, decimam Wiltenbrenghen, / allodia de Landen, terram quę ipsum Parchum circumjacet, terram de Vosham cum molendinis et vivariis et silvam quę inter ipsa vivaria sita est, silvam de / Henrikesheim, dimidietatem ęcclesię de Roden et ejusdem ville decime dimidietatem, allodium de Cela, allodium de Bersela, allodium de Ganshorn et partem / decime de Laken, allodium de sancto Medardo; sane usum pascuę aut aque quę communis omnium est, ubicumque locorum eisdem concedimus, quatenus sine ulla / difficultate, aut cohabitantium, aut potestatum contradictione auctoritate regia hec eis pareant. Et ut hec rata et inconvulsa permaneant presentem paginam conscriptam sigilli nostri impressione communimus, regia auctoritate prohibentes ut nulla magna vel parva persona ei contraire presumat. Quod si quis temptaverit regio banno subjaceat, et in compositione centum / libras auri purissimi persolvat, medietatem camerę nostrę et alteram ęcclesię. Testes quoque in quorum presentia hęc acta sunt subnotari fecimus quorum nomina hęc sunt. Arnoldus / Mogontine sedis archiepiscopus, Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Albertus Aquensis prepositus, Henricus dux Saxonie, de Horst, Henricus comes de Arnsberga, Sifridus comes de Vianna, Hermannus de Kuch, / Marcuardus de Gronbac, Gerardus de Grint, Teodericus comes de Cleva, Henricus comes de / Techeneburch, Albertus comes de Monte et filius ejus Everardus, Bernardus comes

begen, Arnoldus de Rotslar, Gerardus de Hildeberga, Daniel de Orten, Henricus de Wilcela.

Signum Domini Friderici Romanorum (monogramme) Regis Invictissimi.

Ego Heycostus cancellarius vice Arnoldi Magontini archiepiscopi et archicancellarii ¹⁾ recognovi.

Datum Tremonie. XV. kalendas Julii anno dominicę incarnationis. M^o. C^o. L^o. IIII^o., Indictione II^a regnante domino Friderico romanorum rege glorioso, anno vero regni ejus tercio.

IV.

Le pape reconnait la constitution de l'abbaye, confirme les donations qui ont été faites et règle les relations que les religieux auront à entretenir avec l'évêque du diocèse. Il prend sous sa protection toutes les possessions de l'abbaye.

Innocentius, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati de Parcho juxta Lovanium, praemonstratensis ordinis, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium de Parcho juxta Lovanium, Leodiensis dyocesis, in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus. In primo siquidem statuentes ut ordo canonicus qui se-

1) Voir A. Miraeus, *Opera diplomatica et historica*. 2^e édit. Bruxelles, 1723. t. I, p. 92. Après l'archidiacre Etienne, qui est aussi prévôt, le document publié par Miraeus continue : S. ceterorum archidiaconorum, Joannis, Liberti, Dodonis, Reineri, Alexandri, et Reinzonis decani, Reinbaldi, Arnulfi custodis, et Sygeri praepositi, et Onekini presbyteri, et magister Rikezonis, et Tegenbaldi presbyteri, et Walteri subdiaconi, et Everardi subdiaconi, et Godefridi ducis filii, et comitum Godefridi Namurcensis, Arnulfi Lonensis, Lamberti Montacensis, Gisleberti Duracensis, et Franconis castellani, Arnulfi dapiferi, et Reinzonis de Tild, Goscewini de Heverle, Willelmi de Dulg, Vingeri advocati et Reineri, Guederici de Prato, et Arnulphi de Rode. — Je ne suis pas parvenu à identifier ce Godefroid, Bathensis ou, comme l'imprime Miraeus, Balthensis episcopus.

Copie de la fin du XVII^e siècle authentiquée par l'abbé Libert de Pape qui écrit en marge : " Originale debite sigillatum in archivio Parchensi servatur ".



Sceau plaqué de l'Empereur Frédéric I.

cundum Deum et beati Augustini regulam atque institutionem prae-monstratensem fratrum in eodem monasterio institutum esse dinoscitur, perpetuus ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium inpraesentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis praestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo praefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Libbeka cum decimis et pertinentiis suis, de Rode, de Werchtera, et de Cella ecclesias cum decimis et pertinentiis suis, de Hacht, de Wackerzela, de Erkene et in Novo Rodio decimas, ac sextam partem de Lienwes cum pratis in eis terris, nemoribusque, usuagiis pascuis in busco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis ac omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum quae propriis manibus aut sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ac conversionem recipere et eos absque contradicione retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere. Discedentem quoque absque communium litterarumstrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum fuerit, liceat vobis clausis januis exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, dummodo causam non dederitis interdicto, suppressa voce divina officia celebrare. Crisma vero, oleum sacrum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum seu clericorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a dyocesano suscipietis episcopo siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte romane sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitae qualibet exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parrochiae vestre nullus sine assensu dyocesani episcopi et vestro capellani seu oratorium de novo constituere audeat, salvo privilegiis pontificum romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis saecularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque illius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri

deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut publice usurarii, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas praeterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes quae a laicis detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam providerit eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates et immunitates a predecessore nostris, romanis pontificibus, ordini vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica justitia, ac in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre institutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove ammonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei Redemptoris nostri Jhesu fiat, atque in ex-

1) Il est à remarquer, contrairement à ce qu'on lit dans *L'art de vérifier les dates* (1770), p. 444, que l'archevêque de Mayence prit le titre d'archichancelier de l'empire en 1178 : d'après cet acte il l'aurait donc déjà plus tôt.

Pièce monumentale de 0,66 m. de largeur sur 0,51 m. de hauteur, dans un parfait état de conservation.

Grand sceau plaqué de Frédéric, en cire rouge. Type de majesté représentant le souverain sur son trône tenant la sphère et le sceptre, habillé de la chlamyde et ceint de la couronne royale.

Légende : † FREDERICUS DEI GRA ROMANORUM REX.

tremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniāt. Amen. Datum Lugduni per manus magistri Marini sancte romane ecclesie vicecancellarii kalendas Martii, indictione IIII, Incarnationis dominice anno M°. CC°. XLV°. pontificatus vero domini Innocentii pape quarti anno III°.